

Nos autem quamquam non simus *Spiritus fortes* quales honesti pueri, sed in nobismet sentiamus imbecillitatem nostram, fortitudinem autem nobis pollicemur maximam, si in DEO illo persistamus; nos inquam audemus jam monstrare perverfa esse ea, quæ isti objectant.

210. Primum objectant homines hujus mundi esse malos, vitiosos, & cogunt nos hoc fateri. Fatemur id etiam ultro, & scimus. Quid Tum? Hoc nempe tum volunt inferre: ergo spiritus legum recte sensit, felicitatem hanc amandam à quovis esse: spiritum legum in hoc consistere, ut maneat hic mundus qualis est, sive ut maneat malus.

Hæc vestra logica est? Non scitis aliam o pueri honesti? Nos sperabamus insignem aliquam ex vobis sapientiam discere, cum à vobis simplices & ignorantes diceremur. At jam videmus, vos quidem semper pueros esse, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, qui equum fistula arundinea permutatis.

211. Bælius collega vester dixit, homines proclives esse ad malum ab adolescentia sua. Vera dixit. Vos dicitis, homines esse malos. Vera dicitis. Bælius ex hoc intulit, non dari sen-

suum communem: idque inferre nimis est stupidum. Vos inferitis: Ergo debent esse mali, & spiritus legum in hoc consistit ut maneat quales sint. Imo inferitis: Mali negant DEUM: ergo non datur DEUS. Mali fidem violant: ergo non datur fides. Mali in terra hac acquiescunt: ergo nihil aliud datur.

Cur non æque inferitis? Boni DEUM agnoscunt: ergo datur DEUS. Boni contemnunt has utilitates & voluptates: ergo dantur futuræ & quærendæ sunt?

212. Nam vos malos esse, alios porro, à vobis diversos, esse bonos, vestra ipsorum confessione constat. Mundus, dicitis, est proditor, mundus suæ avaritiæ, voluptati, superbiæ postponit omnia & sacrificat. Et fatemini hæc mala mala esse, & his querimoniis personant fora ac templa, malum esse mundum. Ceteri quoque à vobis diversi & diversa sequentes eadem dicunt, dicunt omnia illa esse mala, mundum esse malum. Totum ergo mundum, nempe & eum qui bonus est, & eum qui est malus, habemus fatentem, *malum esse spiritum legum*, qui felicitatem reponat in hoc, si qualis est mundus, talis perseveret, id est *malus*.

I. O. G. D.

PRÆJUDICIA REPREHNSA PRÆJUDICIO MAJORE.

Ubi ostenditur, eos, qui sæpe hortantur nos præjudicia omnia ponere, hoc ipsum ex Præjudicio majore plerumque dicere:

Auctor Spiritus Legum ut in hoc argumento versetur, examinatur.


AUCTORE

P. ANSELMO DESING

Benedictino Monast. Ensdorf. Congregationis Bavaricæ, Eminentissimi Cardinalis

de Lamberg, Episcopi & Principis Passaviensis &c. &c. Consiliario.

Cum Facultate Superiorum.



PEDEPONTI, vulgo Stadt am Hof bey Regensburg.
Sumtibus JOANNIS GASTL, Bibliopolæ, 1752.

PRÆJUDICIA
REPERHENSÆ
PRÆJUDICIO
MAJORE

*Quomodo Dicis fratri tuo: Sine, ejiciam festucam
de oculo tuo; & ecce trabs est in oculo tuo?
Matthæi VII. v. 4.*

AUCTOR
P. ANSELMO DESING
Benedictino Monachi in domo Congreg.
S. Basilii in Helvetia
de Landberg, in Helvetia & in Italia
vixit &c. &c. &c.
Cum Fratre Superiorum
PARONATI, vixit &c. &c. &c.
scriptor Johanne Galt, Brixiana, 1754

*VIRO SUMME REVERENDO ET
ILLUSTRI
CASINENSIVM ABBATI
JOANNI
LUDOVICO
LUCCHI*

*PATRI INCLYTI MONASTERII
SS.FAUSTINI&JOVITÆ MM.
IN
CIVITATE BRIXIANA.*

*Suavissimi hospitii, sermonum genia-
lium & doctrinæ memor*

*Honoris & amoris ergo
Ipsi suisque
D.*

*Auctor
Obstrictissimus.*

VIRO SUMMO REVERENDO PATRI
 CASINENSIS ABBATI
 JOHANNI
 LUDOVICO
 LUCCHI
 PATRI INCLITI MONASTERII
 S. FAUSTINI & JOVITAE MM.
 IN
 CIVITATE BRIXIANA
 Suavissimi hospitali, lemmum genit
 lum & doctrine memor
 Honoris & amoris ergo
 Ipsi insigne
 D.
 Aucto
 umq; Brixio



CONSPECTUS OPUSCULI.

- N**um. 1. *Multi hodie admirantur regnum rationis.*
 Num. 2. &c. *Ex hac presumptione oriuntur alia aliorum admonitiones: Præjudicia ponenda esse, si velis regnare rationis particeps fieri.*
 N. 7. *Omnes Leges, & majorum instituta præjudicia sunt.*
 N. 8. *Digna hac res examine; ne ratio & sapientia constituatur in abjectione omnium legum, & totius auctoritatis.*
 N. 9. *Honesti pueri alienis præjudiciis nudè suis scatent.*
 N. 10. *Ansam huic examini dedit liber spiritus legum, qui ad speciem præjudicia impugnans ea aterna facit.*
 N. 12. *Quomodo definiat is præjudicium? Vage nimirum pro more suo.*
 N. 15. *Tametsi ego minus perite institutum forte exsequar, potero tamen prodesse.*

PARS PRIMA.

Quomodo Auctor Spiritus Legum versetur in præjudiciis removendis.

- N. 16. *Definitio illius duplex, bella, sed vana.*
 N. 19. *Ex qua omnia certissima poterunt dici præjudicia ejuranda.*
 N. 21. *Non incuso animum auctoris, sed scriptum.*
 N. 25. *Media cognitionum ab auctore præscripta non ducunt in agnitionem hominis, quod auctor promiserat, tanquam necessarium ad ponenda præjudicia. Utpote regimen politicum, situs, fertilitas, clima, nervi, lingua vervecis &c.*

X X

CONSPECTUS OPUSCULI.

- N. 30. *Auctori non est propositum Veritatem tueri,*
 N. 32. *Nec bonum, sed indifferens.*
 N. 36. *Et arcet à speculatione, sine qua vix cognoscas te ipsum.*
 N. 37. &c. *Media autem vera ad obtinendam cognitionem sui auctor remouet.*
 N. 42. &c. *Auctoris seu libri scopus est præjudicia universaliter stabilire: in hoc enim suam ipse maximam beatitatem constituit si posset obtinere. Qua hinc sequantur prava.*
 N. 45. *Auctoris scopus est Indifferentismus universalis.*
 N. 46. *Auctoris principia desultoria, cavillationes non sunt idonea ad dedocenda præjudicia.*

PARS SECUNDA.

De Natura Præjudicii.

Quid intelligatur per Rationem?

- N. 48. *Præjudicium si est defectus, est defectus rationis.*
 N. 49. *Ratio est facultas cognoscendi:*
 N. 50. *Aut inferendi unum ex alio*
 N. 51. *Aut abstrahendi à singularibus*
 N. 52. *In nullo horum sensu sumitur ratio cum de præjudicio sermo est.*
 N. 53. *Ratio est facultas agendi propter finem. Sed hoc non huc pertinet.*
 N. 55. *Ratio est facultas eligendi media ad finem. Sic iterum est extra questionem.*
 N. 56. *Ratio sumitur pro medio ad verum deprehendendum. Et hoc sensu ad nostrum hic examen spectat.*
 N. 58. *Quid sit verum objectivum & formale?*
 N. 60. *Abjicere omnia præjudicia non est medium ad deprehendendum verum: sed circulus vitiosus.*
 N. 62. *Noster intellectus jam cognoscit dependenter à corporeis.*
 N. 63. *Media ergo ad verum deprehendendum debent esse huic proportionata.*

N. 64.

CONSPECTUS OPUSCULI.

- N. 64. *Difficultas talia media assignandi semper agnita fuit. Aliæ ideas innatas asseruerunt.*
 N. 65. *Alii de mediis ad verum desperarunt.*
 N. 66. *Cartesius quaesivit non rem facere regulam cogitationum, sed cogitationem regulam rerum. Ejus principium: Cogito: ergo sum, cedit in circulum. Lepida cujusdam heterodoxæ applicatio.*
 N. 67. *Metaphysici pro medio cognoscendi verum assignant Rationem, sed non omne Ergo nec omne Quia ratio est. Redeunt in circulum.*
 N. 69. &c. *Ego rem analogiâ explico, qua est legitima via. Nempe per Picturam. Nam veritas formalis est pictura.*
 N. 74. *Infans cognitionum vacuus, subito aliquid videns, quomodo rem concipiat?*
 N. 75. *Expertus quid de eadem re cogitaret?*
 N. 76. &c. *Comparatio amborum.*
 N. 79. *Unde in puero dependeat veritas?*
 N. 80. *Potuit enim intervenire deceptio,*
 N. 82. *Quam non detegit Cartesianum principium, idea innata, ipsa ratio &c.*
 N. 83. *Pictor quomodo deprehendat conformitatem imaginis cum objecto? Exemplum lepidum sed justum.*
 N. 86. &c. *Sensus communis, Experientia, Auctoritas sunt certa media ad deprehendendam veritatem.*
 N. 89. *Reducitur hoc ad prima principia, ad impossibile.*
 N. 90. *Leibnitius reduxit hoc in Bonitatem DEI. Recte.*
 N. 91. *Experientia vis certificandi maxima sita est in auctoritate. Ostenditur in obviis.*
 N. 92. *Hoc maxime locum habet in moralibus, ubi sine auctoritate nihil constat.*
 N. 94. *Alterum medium inveniendum veritatis est ratio intrinseca sic dicta,*

XX 2

N. 95.

CONSPECTUS OPUSCULI

- N. 95. Hoc est connexio metaphysica rerum. Oppido difficilis.
 N. 96. &c. Metaphysica quadam idea hoc sine exponitur.
 N. 104. Ex generalissimis his predicatis possunt fieri demonstrationes generalissima, in rebus de quibus nemo aliunde dubitat.
 N. 105. Sed in particularibus, connexio metaphysica, adeoque ratio intrinseca, non est expeditum medium ad verum inveniendum.
 N. 106. Præcipue in moralibus, qua omnes sunt singulares
 N. 107. In nostro de Præjudiciis examine medium hoc connexionis metaphysica non debet negligi, parum tamen servit.
 N. 108. Ipsa connexio metaphysica absque experientia & auctoritate nihil in nostro intellectu valeret.
 N. 109. Tertium medium deprehendendi veri est connexio physica rerum, ut causa, effectus, agentis, patientis &c.
 N. 114. Difficile est
 N. 115. Maxime in moralibus
 N. 116. Certitudo moralis nobis est major quam metaphysica.
 N. 117. Anacephalosis prædictorum.

Quid non fit præjudicium?

- N. 119. Præjudicium ex nominis notione est Judicium ante aliquid.
 N. 120. Non quæcunque res debet precedere, ne præjudicium dicatur. Exempla.
 N. 122. An Ratio tanquam facultas debeat precedere? Ridiculus esset qui negaret.
 N. 123. An debeant precedere idea?

Quid aliqui intelligere videantur per præjudicium?

- N. 125. Aliqui omnia vocant præjudicia quæcunque unquam didicimus. Præjudicia infantia, educationis, scholæ.

N. 126.

CONSPECTUS OPUSCULI

- N. 126. Diversum scopum isti habent. Cartesius jubet semel dubitare de omnibus.
 N. 127. &c. Dubitandum ergo etiam de hoc Cartesii præcepto.
 N. 129. &c. Dubitatio an sit principium sciendi
 N. 133. Dubitavimus jamjam infantes. Dubitandumne est iterum postquam didicimus.
 N. 134. Dubitemus ergo: & primo de principio Cartesiano: Cogito. Ex hac dubitatione nihil disco.
 N. 135. Admisso interim primo, dubitemus jam de altero: Ergo sum. Non fit ex dubitatione doctior.
 N. 136. Sed admittamus omnes doctrinas Cartesii & sumus Cartesiani toti. Manendumne nobis est Cartesianis? Et sic præjudiciis scholæ erimus occupati.
 N. 137. An de Cartesiana schola dubitantes in aliam disciplinam nos trademus? De hac alia eritne iterum dubitandum?
 N. 138. Si de Cartesiana non est dubitandum: Non est ergo dubitandum de omnibus, contra quam præceperat Cartesius. Et posteriores Cartesio dicent, Cartesianam doctrinam esse præjudicia.
 N. 139. Auctoritate hunc tumultum sedari prohibent, quia auctoritas præjudicium dicitur. Ratione componi non potest, quia ratio est fons certaminis.
 N. 141. &c. Alii præjudicia dicunt omnia quæ auctoritate didicimus, præcipue divinâ. Hac omnia ponenda. Adducitur Gundlingius Wolffius, Spiritus legum, Puffendorffius.
 N. 143. Hi promittunt Veritatum etiam moralium singularium demonstrationem ex Ratione: & dicere videntur, omne id esse præjudicium, cui non præmissa est demonstratio metaphysica aut mathematica.
 N. 144. Hoc præceptum suum ipsi male exsecuti sunt, Heineccio judice.
 N. 146. Quid sub his cineribus latet, examinabimus ope versiculæ
 Quis, Quid, Ubi.

)(3

N. 147.

CONSPECTUS OPUSCULI

- N. 147. **QUIS** sit obligatus demonstrationes præmittere iudicio, ita ut, ni præmittat, præiudicia faciat?
- N. 148. Non vulgus: Per Wolffium & Puffendorffium.
- N. 149. Non mediocris ordinis docti, ut Puffendorffius.
- N. 150. Non ordinis supremi docti, ut Wolffius.
- N. 154. Consequenter nullus hominum ordo hoc debet.
- N. 156. Aut alii ergo homines creandi sunt, qui exsequi hoc consilium possint; aut præiudicium non est, etiamsi demonstrationes non præmiserim.
- N. 158. An aliqui tantum hoc debent, & qui illi?
- N. 162. **QUID** debet præmitti iudicio, seu Quæ rationes, ad hoc ne præiudicium committatur? Non debent præmitti rationes omnes;
- N. 163. Alias nullum unquam iudicium latum esset. Quia semper nova rationes etiam deinceps eruentur, anterioribus ignota.
- N. 164. Hæc sententia novis doctoribus refragatur.
- N. 166. Quot autem debent præmitti rationes? quis iudicabit hoc?
- N. 168. Et si hic iudex admittitur, regnabit Auctoritas.
- N. 170. &c. Rationes fere semper pugnant. Debent ergo præmitti rationes omnes pro, & rationes omnes contra? Et quando inter has turbas vel unica actio moralis edetur? Multæ alia hic quæstiones solvenda aut devoranda illis demonstrativis.
- N. 177. **UBI** est illa schola, natio, secta &c. ubi possis à præiudicio liberari, hoc est nihil iudicare nisi demonstratum?
- N. 178. Sectarum in hac re pugna. Naturalistarum, honestorum puerorum, Hobbii, Spiritus legum &c.
- N. 183. **CIRCA QUÆ** debent demonstrationes præmitti?
- N. 185. &c. An circa quotidiana vitæ? sic erit pereundum fame; erit insaniendum.
- N. 188. Debebunt pro domibus adificari morotrophia.
- N. 189. &c. An in rebus civilibus? hoc ridiculum, & societatem omnem (istorum idolum) subito evertit,

CONSPECTUS OPUSCULI


- N. 192. An in rebus moralibus? maxime in Jure natura?
- N. 193. Qui hoc tentarunt, quam infeliciter?
- N. 194. Lamindus Pritanus quales rationes prærequisiverit ad fidem Religiosam? Externas, hoc est auctoritatem.
- N. 195. &c. Si rationes intrinsecæ præcedere debent nullum erit de Religione iudicium seu assensus.
- N. 198. **QUIBUS AUXILIIS** possumus rationes intrinsecas certas obtinere ante iudicia rerum moralium?
- N. 199. &c. Nihil valent promissa auxilia philosophorum veterum, nihil novorum, Leibnitii, Wolffii.
- N. 204. An ex libris ea discenda, & quibus?
- N. 205. An ex magistris? sed hoc redit ad auctoritatem.
- N. 207. An ex sola cujuslibet ratione? Quæ Euripo turbatior plerumque.
- N. 208. An à DEO? sed ita revelatio admittenda ab ipsis qui eam ejiciunt.
- N. 209. **CUR** rationes intrinsecæ iudiciis præmittenda? ob rem publicam an privatam, ob scientiarum florem? ob tranquillitatem animi? ob religionem? ob æternam vitam? Incassum omnia.
- N. 215. **QUOMODO** præmittenda iudiciis demonstrationes metaphysicæ? absolute? subito? &c. Confusio ingens.
- N. 221. An interne an externe præiudicia ponenda?
- N. 222. **QUANDO** ponenda præiudicia & demonstrationes iudiciis præmittenda? Nunc maxime videntur in prælia ruere Regnum rationis & regnum auctoritatis. Utriusque descriptio.
- N. 226. Duces regni auctoritatis.
- N. 227. Duces regni rationis inter se discordes.
- N. 228. Fit pugna. Sed.
An præiudicia debent poni in pueritia?
- N. 229. Quo demum ætatis anno.

CONSPECTUS OPUSCULI

- N. 231. *An virilis atas debet ea ponere & quomodo poterit, si demonstrationes praequiruntur?*
 N. 233. *Contradictoria sequuntur.*
 N. 234. *Et parva impossibilitas.*
 N. 235. *Sophistici libelli alicujus definitio praedicti duplex.*
 N. 236. *Belle tornata poetica.*
 N. 237. *Quam reflexionem excludat praedictum? Cavilli auctoris ridiculi, contradictorii.*
 N. 238. *Hactenus ostensum, quam male jubeant indiscriminatim praedicta ponere.*
 N. 239. *Quae demum sint praedicta & quomodo ponenda? nostrum hic non est promissum negotium. Requiritur hoc ab illis Dictatoribus novis.*



i. Nihil



i.



Nihil frequentius legas hodie & audias, quam admirationes de REGNO RA-

TIONIS nostris diebus ad summum fastigium evecto. Omnes scientiae in clarissima luce esse positae dicuntur, & admirationi nos futuros majoribus, si illi è tumultis reverterentur. *Rationem* hodiernorum hominum, qui jam sunt, esse illustriorem, vivam magis & penetrantem; & ob hoc etiam admirationi nos futuros majoribus.

2. Operae pretium facturum existimarem hominem aliquem doctum, qui argumentis palam prolatis fastuosos hos spiritus reprimeret: qui mihi certe *pueriles* videntur; Is enim esse puerorum mos solet & juvenulorum, ut

semper sibi sapientiores senibus videantur, & scintillam suae rationis velut quodam sole mire capiantur.

3. Ex hac Rationis praesumptae & vagrandis opinione proveniunt admonitiones aliae non minus frequentes de **PRÆJUDICIIS PONENDIS**, si velimus sapere.

4. Videntur haec admonitiones proficisci primum ab hominibus benevolis, quibus curae sit *rationem* nostram hodierni ejus regni participem facere.

5. Videntur proficisci ab hominibus altum sapientibus, & qui *Rationem sublimem* toto hauserint pectore, in ceteros etiam exundare volentem. Videntur adeo conducere nos ad illam Paradisi arborem, è cujus esu serpens parentibus nostris similitudinem

A

Deo-